

nem (§. 93.), voluntatem (§. 166.), noluntatem (§. 167.), libertatem (§. 186. 187.).

Prædicatis hisce discrimen inter naturam animalem & rationalem seu humanam constituitur, & ex quibus adeo jus N. nostrum humanum concipitur, quod non in bruta sed in hominem, quâ talem, cadit. conf. §. 55.

§. 283.

Si percurras facultates & potentias animæ, cohætionem vel nexum in illis observabis, præcipue cum ex principio communi interno activo conceptibiles sint. De qua cohætionem valebit, quod jamjam §. 164. de instinctibus naturalibus indicavimus. Quam copulam si quis, vel observaverit vel violaverit in actionibus suis, is *naturæ humanæ convenienter vel disconvenienter vixisse* censendus est.

§. 284.

Natura humana & ejus facultates vel potentia, eaque, quæ legitime argumentando inde deduci possunt, ab homine sibi relicto abstractione interveniente absque theologia naturali æque ac mathematicis, physica, Logica, Ontologia cognosci possunt, quamvis hoc ipso non negentur quæ theologia naturalis proponit.

§. 285.

Ad naturam accedere potest cultura & ars, quæ cum naturæ æmula sit, vestigiis naturæ attemperanda est.

S. D. G.

coll. diss. A. 63, misc. 25